Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



Et de hac ciuitate modicum dicam. Constanti
nopolis est ciuitas pulcherrima et multum magna
habens in gyro octo miliaria et figura triangulari
et facta in modum et formam Nome structuris Edi
ficata est duobus angulis sup brachium maris
quod brachium sancti Georgij dicitur situata et certum
eius angulum habet infra terram et est ipsa ciui
tas variis et diuersis ornamentis redimita quam
Imperator Constantinus construxit et eam Con
stantinopolim vocauit et appellauit et greci eam
nunc bolos appellant In hac ciuitate est ecclesia
mire magnitudinis et pulchritudinis ecclesia qua
credo quod non sit maior in toto mundo nam na
uis extensis omnibus velis se commode in ea
vertere posset nec eius magnitudinem plene
scribere non sum ausus. Hec ecclesia in honore sancte
Sophie in greco .i. transfiguracionis domini in la
tino est consecrata. Et est multis magnis et diuer
sis sollempnibus reliquijs ornata scilicet veste in
consutili et vno clauo domini spongia calamo
et aliis sanctorum diuersorum reliquijs redimita In me
dio huius ecclesie stat magna columpna mar
morea et desup ymago Iustiniani Imperatoris
equestris erea et optima deaurata corona